Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Sicut dicens: Hoc est verbum quod praecepit dominus dicens:
Sumite a vobisipsis redemptionem domino. Omnis qui concipit corde. ad ferat in manus domino. aurum. argentum.
aeramentum. hyacinthum. purpuram. Coccum
duplicatum et byssum torsum. Capillos caprinos
et pelles arietum rubricatas. et pelles hyacinthinas. ligna inputribilia et lapides sardios et
lapides ad sculpturam in humeralis. et podere.
et omnis sapiens corde in vobis veniat et operetur
omnia quae praecepit dominus. Cum considero meipsum
primo et discutio. piget ad haec aperiendae manum mittere. Uereor enim ne forte et ipsum sidus
revelare dignetur alicui sicut forte dignatur.
de me enim non sum ausus dicere. uereor inquam
et ad dedubito si inveniat auditores. Cum
tacuit ne forte ab eo qui explanare concabit requirentur dominicae margaritae. ubi vel quomodo vel
ante quos mittantur. Uerum quam magnopere ex
spectaris ut ea quae ex his quae locutus sum. differant.
et praecepit mihi dominus meus dicens. Oportebat te dare
pecuniam meam ad mensam et ego veniens cum usuris
utique exigissem eam. ipsum rogabo ut verbum meum
sucem pecuniam facere dignetur. ut non meam
pecuniam. non meum aurum vobis. sed ipsius fenere.